



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

Distortores scripturæ qui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

ha usitata. Igitur, qui probauerit se eandem ha-  
bere doctrinam, & eadem sacramenta, quae habuit  
uetus ecclesia, ille uerissime catholicus censendus,  
& militiae Christi adscriptus est, extra Antia-  
christi Synagogam & ἄλλοθεν ἄλλοθεν uiuit.

Quod si dixerint aduersarij nostri, ut repetam,  
(lectio enim repetita tenacius haeret,) nos non ha-  
bere ecclesiam, age dicant nobis, ubi illi baptizati  
sint, et unde Euangelion accepert: dicant item,  
ipsti ne a nobis, an nos ab illis desciuerimus?

Quod si ista doctrina uestra, Husita, & haec ec-  
clesia Christi est, necesse est primitiuam eccle-  
siam & Apostolicam doctrinam Christi non esse,  
nam ex Diametro disident.

DI Stortores scripturae pos-  
tissimum qui.

**E**cclēsie uero spurij quomodo distracti sint,  
testantur partium scripta, Deus enim eos  
confundit in sua pertinacia. De incarnatiōe  
uerbi, an non crudeliter alter in alterum inuehi-  
tūre? Legant pij Partium scripta, & iudicabunt,  
me certe hic nihil confinxisse. De paranymi-  
pho ipso CHRISTO IESU, quid mul-  
ti friuolē tradiderint, hoc est, quam impie  
C 2 scripta



scripta testantur, nisi prudēter à quodā sit scri-  
ptum, Christum, ut alium sanctum, non uidisse,  
nec audisse, nec sensisse semper omnia: & nisi piē  
scripserit collega huius, & uolatile ingenium,  
Christum in cruce desperasse. Confessio fidei no-  
stræ est, Christū descendisse ad inferos, quod una  
pars negat. An cognitio peccati Originis, leuicu-  
la res est? Certè in eo dissentiunt partes ab inui-  
cem. Quomodo conueniant de Baptismo inter se  
partium commentarij testantur. De Eucharistia  
notius est quàm illi ipsi uelint, utrisq; discor-  
dant dibaphi.

### Verba Zuinglianorum con- tra Lutherum.

**P**ropheta (inquiūt) et Apostoli, Dei gloria,  
non priuato honori, non suæ pertinaciæ &  
superbiæ studebāt, sed & peccatorum salu-  
tem quærebant unicè: Adeò, ut, licet acrius non-  
nūquàm uerbis inueherentur, in ipsa tamē acri-  
monia, paterni spiritus ingeniū elucesceret. Lus-  
therus sua querit, pertinax est, insolentia nimia  
effertur, & confestim sathana tradit, quotquot  
illius sententiæ non illico subscribere uelint. Et  
in omnibus correptionibus suis, plurimū maligni  
spiritus



spiritus, quàm minimum uerò amici & paterni ingenij deprehēditur. Et paulò post: Magna enim & plus satis magna eorum cōcionatorum est copia, qui ex Lutheri libris, ledorijs & mordacijs, ingentem maledictorum uim colligētes, eandem illam postea in publico suggestu, in miserum domini gregem exonerant, &c.

Antea negarūt iustificare sacramenta, nūc uerò affirmant, Antea scripserūt quidā, non licere Christianis forēses sectari lites, nūc reducto calculo affirmant licere, extant libri eorum.

Antea scripserunt, Eucharistiam non debere in promiscuā turbam temerè communicari, Pa-pae more, nunc ipsi omnibus ex aequo dant.

Antea scripserunt, nō esse nephās, si is ab Eucharistia abstineat, qui non satis de ea instructus sit in ista cōtrouersia. At nunc scribunt tyrannicissimè, eum neq; hominem, neq; Christianū esse, sed diabolum, qui pedem subtrahit.

Antea scripserunt, liberam esse accessionem ad sacra, nunc faciunt legem.

Antea dicebant, neminem soluere posse, nisi habētem spiritum sanctum: Nunc huius dicti nulla ratio, & quilibet Iouinianista, Giezita, Deemas absoluit, &c.

Quid mouerit Andreas Osiander, anno 1551. Osiādriste

C 3 testans



stantur noui theologista scripta, ( scripsit inter  
alia Osiander, Lutherum & Melanchthonem cō-  
fecisse theologiam quandam Aristotelicam, carnē  
potius quā spiritum redolentem ) quem impu-  
gnat Lutherus: Finxit Lutherus præcentor &  
magister sui uerbi, solam fidem iustificare: Osiander  
uero contra Lutherum, homini non fidē, sed  
iustitiā Christi, quæ in nobis, sufficientē esse con-  
tendit: in Christi sanguine atq; morte non consti-  
tere iustitiam fidei, qua redempti sumus, ebuc-  
ciat, &c. Quale nouū dogma publicarit Seruetus  
in sanctam Trinitatem, Allobroges norūt. Vica-  
clefus, Hussita, & Lutherus Berengarij errorem  
resuscitarunt, sed non ex integro. Oecolampadius  
uero, aliās Husschin, cōtra illos, resuscitauit uni-  
uersum. Oecolampadius, anno 1524. mēse Iulio,  
indignabatur sanguinem Christi denegatum fide-  
libus in Synaxi: Et anno nondū euoluto, ipse cū  
cōplicibus consecratis denegat fidelibus & cor-  
pus & sanguinem Christi. Sic Carolstadius &  
Zuinglius, in Pronominibus HIC & HOC di-  
uisi sunt: Carolstadius uerba Christi sic interpre-  
tatur. Hoc est corpus meū, id est, hic sedet cor-  
pus meū. Zuinger uero sic. Hoc est corpus meū,  
id est, hoc significat corpus meū: tã Albis non di-  
stat à Tiberi, atq; hæc interpretatio à ueritate.

Nota.



te. Oecolapadius uerò sic: Hoc est corpus meum: interpretatur, hoc est corporis mei signū, sic Akobitæ Albicola ex suo affectu omnia interpretatur, &c. Quomodo anno 1526. Zuinglius τρωλός, uocatus à septē pagis Heluetiorū ad publicū cōgressum, pedem subtraxerit, ceteros cachinno excipiēs, ac si solus esset ἀυτοδιδασκτουος καὶ ἐιρωποιοος, apologia & frigida ipsius excusatio indicat. Sic Bugēhagi in epistola ad Vratislauiensis ecclesie pastorem, ridet magnū illū theologū (Zuingliū) cū suo Carolstadio. Eūdem Ionā nudē scripssisse super Lucā, Bullingerus clamat. Sic Heibmannus anomalū opponit Luthero. Sic Lutherus toties omnes in unū prouocans, ab uno COCHLAEO liberaliter prouocatus, in suorū cōspectu, cōgredi recusauit. Sacramētū Cōfirmatiōis, Calvinus reputat inter maximē exitiales Sathanæ prestigijs, aitq; sacrilegiū esse execrandis blasphemijs refertum: quod tamen Luther multò mitius taxauit, sic enim ait Lutherus saxo cullatus: Quare satis est, pro ritu quodā ecclesiastico seu cæremonia sacramentali cōfirmationem habere, similē cæteris cæremonijs cōsecrādæ aquæ aliarūq; rerum. Nā si omnis alia creatura sanctificatur per uerbū et oratiōem, cur nō multò magis hominē liceat sanctificari eisdē: hæc ille. Eadē

Luther de capti. Ba bylo.

C 4 peruerso



Articulo  
37. assert.

Digressio

Chara-  
cter.

peruerſitate negatur à rabulis purgatoriū: quod  
tamē cerebriofus ille diſputator Lutherus, con-  
ceſſit. Ego credo, inquit, purgatoriū eſſe, & cō-  
ſulo ſuadeoq; credēdū, ſed neminē uolo cogi, etc.  
Sic pios magiſtratus uocat ſchlauius Matthias Il-  
lyricus Magdēburgēſis eccleſiaſtes, ironicoſ: Ad-  
iaphoriſtas: interimiſtas. Hodie ſunt qui infernū  
negāt, Græcis infernum uocatur Ἅδης, Hebræis  
ſchol, & quando illa uocula hebraica & ſepul-  
chrū et infernū ſignificat, ſepulchrū eſſe gariūt  
noſtris temporibus quidam ἄθεοι. Sic & latinis  
coelū dicitur aër: non ſequitur tamen, præter aë-  
rem nullum eſſe cœlum. Hodie quidā blaterāt, ſa-  
cramenta propter ſolam fidem nutriēdam inſti-  
tuta fuiſſe. Hodie quidā gariunt in tribus ſacra-  
mentis, Baptiſmo ſcilicet, Cōfirmatione et ordi-  
ne, non imprimi characterē (character in anima,  
eſt ſignum quoddā ſpirituale & indelebile) in ani-  
ma. Hodie quidam Baptiſmum Ioānis eandē uim  
cum Baptiſmo CHR. Iſti habuiſſe futiliter gane-  
niunt. Hodie quidā dogmatizant, aquam natura-  
lem nō eſſe de neceſſitate baptiſmi, atq; ideo uer-  
ba illa domini I E S V C H R I S T I, Ioā. 3. Nie-  
ſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto, ad  
metaphoram aliquam detorquent. Hodie multi  
blaterant iniurios eſſe ſpirituſancto eos, qui  
ſacro



sacro confirmationis Chrismati uirtutem alius  
 quam tribuunt, &c. Sic & de multis alijs mate- Sadducei  
 rijs friuolè obijciunt nostrates. Saducei recenti quid con-  
 ores: Negabant hi Liberum arbitrium, negant firmarint.  
 & hoc Acutuli nostrates. Sadducei negabant  
 carnis resurrectionem, act. 23. Matth. 22. Luc.  
 20. Marc. 4. Nostrates negant meritum, cuius  
 causa resurgere habemus. Cum Phariseis & pla-  
 tonicis somniant resurrectionem, &c. et quid  
 est superbius quàm sibi omnem sensum scri-  
 pturarum arrogare? Non credo maiorem arros-  
 gantiam, à condito mundo auditam, quàm ea  
 est, qua nostrates etiam ipsos beatos omnium  
 retrò temporum, ad unum ferè omnes, ignauis  
 & errorum insimulant. Sed nimium esset singu-  
 la ad uiuum resecare, ad institutum. VBI igitur  
 claritas illa S. literarum, de qua superciliosè  
 si Hussita tam gloriose scribunt? Vbi spiritus  
 Qualem huius Ecclesie sponsum esse credis?  
 Certè illis ambitiosulorum exoticis opinionibus,  
 litium & rixarum seminarijs, nunquàm  
 edificabitur Synagoga illa, (Lya lippientibus  
 oculis fœtosa synagoga formam monstrat, in-  
 quit Ambrosius lib. 3. de uirginibus) semper  
 erit misera plebecula in Chenoboscio, Chenoz-  
 trophio & Nessotropheio. Scismaticorum ergo



conuenticula non minus auersanda sunt, quam  
inferni praesens faux & chasma, sicuti foeda &  
tabifica leprodochia seu nosocomia, &c. Haec  
autem non scribo Lutheri aut Zuinglij causa,  
(quos Antesignanos fuisse omnibus compertum  
est) quibus iam nihil haec nostra prodesse po-  
terunt, ut qui iamdudum apud iustissimum &  
districtum iudicem suorum hic commissorum ra-

**Modestia  
authoris.**

tionem reddiderunt. Non ullo odio, ita mihi op-  
to Christum in suo de me iudicio propitium fie-  
ri: sed tua causa Christiane lector, reliquum  
probe intelligis.

**D**E Nouis autem Scismaticorum fabulis,  
monstruosa illa Scylla, loquitur Epipha-  
nius contra haereses, lib. 1. Tomo. 1. Ter-  
mini nobis positi sunt, inquit, & fundamenta, &  
aedificatio fidei, & Apostolorum traditiones, &  
scriptura sancta, & successiones doctrinae, &  
undequaq; ueritas dei munita est. Nemo igitur  
decipiatur nouis fabulis: haec ille. Est etia-  
am, ne & hoc omittamus, differentia inter  
Synagogam & Ecclesiam. Synagoga est con-  
gregatio: Ecclesia uocatio, possunt quidem  
irrationabilia congregari, uocari nequaquam,  
inquit Rabanus super Mattheum. Summa sy-  
nagoga nox est, dies ecclesia, unde & Paulus di-  
cit,

**Differen-  
tia inter sy-  
nagogam  
& Eccle-  
siam.**



cit, Ro. 13. Nox præcessit, dies autē appropin-  
 quavit, Bona lux, quæ perfidiæ excussit caligi-  
 nem, fidei diem fecit, inquit Ambrosius de Vir-  
 gin. lib. 3. Verum ut tandem pensum absolua-  
 m, ò theomachi, societatem inite, at inferiores  
 eritis. Inite consilium & fiet irritum: loquimi-  
 ni sermonem (in uestris latibulis) sed non sta-  
 bit, quoniam Immanu el nobiscum deus. Specula-  
 tores uestri, Thaboritæ & zythobibuli, auari  
 sunt, bona enim aliena diripiunt: superbi sunt,  
 plus enim eruditionis & iudicij sibi tribuunt,  
 quàm uniuersis Cõcilijs, sanctis patribus, & toti  
 ecclesiæ catholicæ. Blasphemi sunt in Christum  
 & suum Sacramentũ, in sanctos omnes ac ima-  
 gines eorum. Inobedientes sunt, Pontificios  
 enim ac Casareos iussus cachinno excipiunt  
 Democriti. Cæci sunt, non solum superstitione,  
 sed odio & rabie contra nos: inde execratio-  
 nes illæ diræ uestre in nos acerbissimæ, quæ  
 sunt à bonis & pijs uiris multò alienissimæ, &  
 ab ingenio Dei, quem uos existimatis solos uos  
 colere & c. Semper scænum habent in cornu.  
 Canes muti oblatrare nõ possunt ueritatẽ, tor-  
 pent, iacēt, somno indulgent: horas Canonicas,  
 preces Ecclesiasticas negligunt. Et canes uehe-  
 menter auidi: & pastores ipsi zythobibuli  
 nihil

Efai. 9.  
 Efai. 56.  
 Efai. 7.

Vide fac  
 uilib  
 resp



Esai. 56.

nihil uolūt intelligere, quia ipsimet nutant in fide sua, diuisi sunt, distracti sunt: Quisq; uiam suam spectat: Quisq; à termino suo ad emolumentum suum propensus est, uenite aiunt, sumamus uinum & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie sic & cras, & multò amplius exite de illa societate, ô Christifideles, ne de plagis eius accipiat, Apocalypseo 18. &c.

### SEPTEM ORDINES, MAIORES & MINORES in Ecclesia, & quæ singulorum munera.

**V**arios esse gradus in uinea Zebaoth scz ecclesia, probat Hesaias cap. 54. Ecce ego, inquit dominus, sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphyris & ponam Iaspidē propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & oēs terminos tuos in lapides desiderabiles, &c. Ostēdens ecclesiā multa bona habiturā munitiones, diuitias, (quæ sunt Christi & filiorū eius uidelicet pauperū) Artificia: sapientiam, Pacem, iustitiā, mansuetudinem, destructionē hostium eius, & quàm plurimos Cathechumenos, sternens per ordinem lapides, alios Prophetas, &c. 1. Cor. 12. Et Hiobus Vzita cap. 5. Cum lapidibus

Vide Ire-  
næū lib. 3.  
cap. 40.